De annis quadraginta sex aedificati templi. Sex, nouem, duodecim, decem et octo, haec in unum fiunt quadraginta quinque. Adde ergo ipsum unum, fiunt quadraginta sex; hoc sexies fiunt ducenti septuaginta sex. Dicitur autem conceptio humana sic procedere et perfici, ut primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem, sequentibus nouem diebus conuertatur in sanguinem, deinde duodecim diebus solidetur, reliquis decem et octo formetur usque ad perfecta liniamenta omnium membrorum, et hinc iam reliquo tempore usque ad tempus partus magnitudine augetur. Quadraginta ergo quinque dies addito uno, quod significat summam, quia sex et nouem et duodecim et decem et octo in unum coacti fiunt quadraginta quinque – addito ergo, ut dictum est, uno fiunt quadraginta sex. Qui cum fuerint multiplicati per ipsum senarium numerum, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducenti septuaginta sex, id est nouem menses et sex dies, qui computantur ab octauo kalendas aprilis, quo die conceptus Dominus creditur, quia eodem die etiam passus est, usque ad octauum kalendas ianuaras, quo die natus est. Non ergo absurde quadraginta sex annis dicitur fabricatum esse templum, quod corpus eius significabat, ut quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis dominici perfectione.

Ambr. *spir.* I 6, 1-12

EX AQUA ET SPIRITU SANCTO (cfr. Ioh 3, 5) Sunt plerique qui eo quia in aqua bap-

Sunt tamen plerique, qui eo quod 'in aqua baptizamus et spiritu', non putent

21. Nel margine sinistro del foglio, in corrispondenza dell'inizio della citazione, è riportato, come indicolo, *Luc.*; non saprei proprio dire, in tutta onestà, a cosa possa concretamente rimandare, e non escluderei che sottenda un guasto. Credo convenga escludere, in ogni caso, un rimando a un corrispettivo passo del vangelo di Luca, che, a quanto risulta, non sembra mai far riferimento alla costruzione del tempio di Gerusalemme.

tizantur et in Spiritu Non putent (potant *cod.*) aquae et spiritus distare munera et ideo non putant (f. 157v) distare naturam nec aduertunt quia in illo aquarum sepelimur elemento (*sc.* elemento) ut renouati per spiritum resurgamus in aqua enim imago mortis in spiritu pignus est uitae ut per aquam moriatur corpus peccati quasi qui quodam tumulo corpus includit et per uirtutem spiritus renouetur a morte peccati et ideo hi tres testes (*iestes cod.*) unum sunt sicut Iohannes dixit aqua sanguis et spiritus unum sunt in misterio non in natura aqua igitur testis est sepulturae sanguis testis est mortis spiritus testis est uitae

Augustinus: Nemo uidet spiritum et SPIRITUS UBI VULT SPIRAT ET VOCEM EIUS AUDIS (cfr. Ioh 3, 8) quomodo audimus uocem spiritus sonat (senat *cod.*) salmus sonat euangelium sonat sermo diuinus uox est spiritus uocem eius audis et nescis unde ueniat et quo uadat Sed si nascaris et tu de spiritu hoc eris ut ille qui non est natus adhuc de spiritu nesciat de te unde uenia<s> et quo eas

NEMO ASCENDIT IN CAELUM reliqua (cfr. Ioh 3, 13) **Augustinus:** nisi qui hic erat carne in caelo erat diuinitate Immo ubique quia unus descendit et unus ascendit quid de ceteris intellegendum nisi quia membra eius e<r>unt ut unus ascendat (ascendat *ex* ascendit *m'*)

Sicut autem isdem redemptor noster una persona est cum congregatione bonorum ipse namque caput est <corporis> et nos Iesus capitis corpus ita antiquus hostis una persona est cum cuncta collectione

aquae et spiritus distare munera et ideo non putant distare naturam nec aduertunt quia in illo aquarum sepelimur elemento, ut renouati per spiritum resurgamus. In aqua enim imago mortis, in spiritu *pignus* est vitae, ut per aquam moriatur *corpus peccati*, quae quasi quodam tumulo corpus includit, et per uirtutem spiritus renouemur a morte peccati. Et ideo *hi tres testes unum sunt*, sicut Iohannes dixit, *aqua, sanguis et spiritus*, unum in misterio, non in natura. Aqua igitur testis est sepulturae, sanguis testis est mortis, spiritus testis est vitae.

Aug. in *evang. Ioh.* XII 5, 20-6

Nemo uidet Spiritum, et quomodo audimus uocem Spiritus? Sonat psalmus, uox est Spiritus; sonat euangelium, uox est Spiritus; sonat sermo diuinus, uox est Spiritus. *Vocem eius audis, et nescis unde ueniat, et quo uadat.* Sed si nascaris et tu de Spiritu, hoc eris, ut ille qui non est adhuc natus de Spiritu, non sciat de te unde uenias, et quo eas.

Ibidem XII 8, 1-22

Et sequitur: *Et nemo ascendit in caelum (...).* Ecce hic erat, et in coelo erat: hic erat carne, in caelo erat diuinitate; immo, ubique diuinitate (...) Quia unus descendit, unus adscendit. Quid de caeteris? Quid intellegendum, nisi quia membra eius erunt, ut unus adscendat?

Greg. M. *Moral.* IV 11, 18, 3-9

Sicut autem isdem Redemptor noster una persona est cum congregatione bonorum, ipse namque caput est corporis et nos huius capitis corpus, ita antiquus hostis una persona est cum cuncta collec-

reproborum quia ipse eis ad iniquitatem quasi caput praeeminet illi autem dum persuasa deseruiunt quasi subiunctum capiti corpus inherent

tione reproborum quia ipse eis ad iniquitatem quasi caput praeeminet, illi autem dum ad persuasa deseruiunt, uelut subiunctum capiti corpus inhaerent.

Aug. in *Gal.* 22, 16-9

Aug. SICUT MOYSES EXALTAVIT (f. 158r) SERPENTEM IN HEREMO (cfr. Ioh 3, 14) persuasione quippe serpentis homo in damnationem mortis cecidit Itaque serpens ad significationem mortis conuenienter in ligno exaltatus est In illa figura mors domini pendebat in ligno

Persuasione quippe serpentis homo in damnationem mortis cecidit. Itaque serpens ad significationem ipsius mortis conuenienter in ligno exaltatus est, in illa enim figura mors domini pendebat in ligno.

Ambr. *spir.* III 8, 19-28

Ambr. Imago crucis aereus serpens Nam etsi in carne sua suspensus est Christus tamen ipse crucifixus est mundo et ipsi crucifixus est mundus Mihi inquit crucifixus mundus et ego mundo Crucifixus est ergo mundus insuper inlecebris (inlecebris *cod.*) et ideo non uerus Sed aereus suspensus est serpens quia in ueritate quidem corporis sine ueritati peccati Suscepit dominus speciem peccatoris ut per lubricum infirmitatis humanae simulando serpentem depositis carnis exu<ui>is ueri destrueret (distribueret *cod.*) serpentis astutiam

Imago enim crucis aereus serpens est. Nam etsi in carne sua suspensus est Christus, tamen et ipse crucifixus est mundo et ipsi crucifixus est mundus: *Mihi enim mundus crucifixus est et ego mundo.* Crucifixus ergo est in suis mundus inlecebris, et ideo non uerus, sed aereus suspensus est serpens, quia in ueritate quidem corporis, sed sine ueritate peccati suscepit dominus speciem peccatoris, ut per lubricum infirmitatis humanae simulando serpentem depositis carnis exuiis ueri destrueret serpentis astutiam.

Greg. M. in *evang.* XX 5, 157, 96 sgg.

ILLUM OPORTET CRESCERE ME AUTEM MINUI (cfr. Ioh 3, 30) **Gregorius:** qua in re querendum est quomodo creuit Christus in quo iam minutus est Iohannes nisi quod populus Iohannis abstinentiam uidens remotum hunc ab hominibus esse conspiciens eum (cum *cod.*) esse Christum putabat Christum uero cum publicanis edentem inter peccatores ambulantem Intuens eum non Christum sed esse prophetam (profectum *cod.*) credebant Sed dum per accessum temporis et Christus qui propheta esse putabatur Christus

Qua in re quaerendum est in quo creuit Christus, in quo minutus est Iohannes, nisi quod populus Iohannis abstinentiam uidens, remotum hunc ab hominibus esse conspiciens, eum esse Christum putabat; Christum uero cum publicanis comedentem, inter peccatores ambulantem intuens, eum non Christum, sed esse prophetam credebat. Sed dum per accessum temporis et Christus qui propheta esse putabatur, Christus est agnitus, et Iohannes qui Christus esse credebatur, propheta esse innotuit [...]. In aestimatione

est agnitus et Iohannes qui Christus esse putabatur propheta esse innotuit In aestimatione ergo populi et Christus creuit quia agnitus est quod erat et Iohannes decreuit quia cessauit dici quod non erat

Aug. qui de sursum (f. 158v) uenit est Christus qui autem est de terra Iohannis est hoc qui autem est de terra de terra loquitur Ergo quod ad Iohannem pertinet de terra est et de terra loquitur si quid diuinum audisti ab Iohanne, illuminantis est non recipientis

Hier. ET NUNC QUEM HABES NON EST TUUS VIR (cfr. Ioh 4, 18) siquidem et illa in euangelio samarytana sex<t>um maritum habere dicens (dicitur *cod.*) Arguitur a domino quod non sit uir eius Ubi enim numerus maritor<um> est ibi uir qui proprie unus est esse desistit

Aug. RELIQUID HYDRIAM SUAM (cfr. Ioh 4, 28) Grece aqua idhur unde hydria appellatur tamquam si aquarium diceretur proiecit ergo hydriam abiecto honore auida currebat aqua illa satiari un adnuntiaret Christum

PATER MEUS USQUE MODO OPERATUR reliqua (cfr. Ioh 5, 17) In illis operibus per me factus est mundus in istis operibus per me regitur mundus pater meus et tunc operatus est cum fecit mundum et usque modo operatur cum regit mundum Ergo et per me fecit cum fecit et per me regit cum regit

quippe populi et Christus creuit, quia agnitus est quod erat, et Iohannes decreuit, quia cessauit dici quod non erat.

Aug. in evang. Ioh. XIV 6, 6-27

Qui de sursum uenit, supra omnes est; Christus est: Qui autem est de terra, de terra est, et de terra loquitur; Iohannes est. Et hoc est totum, Iohannes de terra est, et de terra loquitur? (...) Ergo Iohannes, quod ad Iohannem pertinet, de terra est, et de terra loquitur; si quid diuinum audisti a Iohanne, illuminantis est, non recipientis.

Hier. adv. Iovin. I 14, 244 B

siquidem et illa in Euangelio Joannis Samaritana sextum se maritum habere dicens, arguitur a Domino, quod non sit uir ejus. Ubi enim numerus maritorum est, ibi uir, qui proprie unus est, esse desiit.

Aug. in evang. Ioh. XV 30, 6-12

Recordamini quid superius dixerim de hydria: uas erat unde aqua hauriebatur, graeco nomine appellatur hydria, quoniam graece ὑδρῶν aqua dicitur; tamquam si aquarium diceretur. Proiecit ergo hydriam, quae iam non usui, sed oneri fuit; auida quippe desiderabat aqua illa satiari. Vt nuntiaret Christum, onere abiecto, *cucurrit ad ciuitatem (...)*

Ibidem XVII 15, 20-7

Pater meus usque modo operator. (...) per me factus est mundus in illis operibus, per me regitur mundus in istis operibus. Pater meus et tunc operatus est cum fecit mundum, et usque nunc operatur cum regit mundum; ergo et per me fecit cum fecit, et per me regit cum regit.

NON POTEST FILIUS FACERE QUICQUAM A SE NISI QUOD VIDERIT PATREM FACIENTEM reliqua (cfr. Ioh 5, 19) Si anima mea et anima tua cum nos diligimus fit una quanto magis pater deus et filius deus in fonte dilectionis deus unus est

Non enim cum ille fecerit alia filius similiter facit non alia enim sed eadem opera sunt patris et filii

Nouimus filium ambulasse super mare ubi uides patrem ambulare super mare

Sed caro ambulabat diuinitas gubernabat Ergo illa ambulatio (f. 159r) opus est patris et filii inseparabile Nec sibi pater filium deseruit nec filius a patre discessit

Ambr. SICUT ENIM PATER SUSCITAT MORTUOS ET VIVIFICAT SIC ET FILIUS reliqua (cfr. Ioh 5, 21) Cum filius quos ue<lit> uiuificet et operatio una sit Vides quia non solum filius uoluntatem patris sed etiam pater uoluntatem fili facit quid autem uiuificare nisi per filii passionem Passio autem uoluntas est patris quos ergo filius uiuificat per patris uoluntatem uiuificat Vna igitur est uoluntas quae autem uoluntas patris nisi ut ueniret Iesus in hunc mundum et nos mundaret a uitiis audi leprosum dicentem Si uis

Ibidem XVIII 4, 18-21

(...) si ergo anima mea et anima tua, cum idem sapimus nosque diligimus, fit anima una, quanto magis Pater Deus et Filius Deus in fonte dilectionis Deus unus est?

Ibidem XVIII 8, 7-12

Non cum ille fecerit, alia Filius similiter facit; sed *quaecumque ille fecerit, haec et Filius similiter facit.* (...); si per Filium facit quae facit Pater, non alia Pater, alia Filius facit, sed eadem opera sunt Patris et Filii.

Ibidem XX 5, 22-4

Nouimus in euangelio Filium ambulasse super mare; ubi Patrem uidit ambulasse super mare?

Ibidem XX 6, 14-22

(...) caro ambulabat, et diuinitas gubernabat; quando ergo caro ambulabat et diuinitas gubernabat, Pater absens erat? (...) Ergo illa ambulatio opus est Patris et Filii inseparabile. Vtrumque ibi operantem uideo; nec Pater Filium deseruit, nec Filius a Patre discessit.

Ambr. fid. II 6 32-41

Cum autem filius, quos velit, vivificet et operatio una sit, uides quia non solum filius uoluntatem patris, sed etiam pater fili faciat uoluntatem. Quid est autem 'vivificare' nisi per filii passionem? Passio autem Christi uoluntas est patris. Quos ergo filius vivificat, per patris vivificat uoluntatem. Una igitur est uoluntas. Quae autem uoluntas patris, nisi ut 'veniret Iesus in hunc mundum et nos mundaret a uitiis'? Audi leprosum dicentem: *Si uis, potes me mundare.* Respondit Christus: *Volo*, et statim sanus effectus est.

potes[t] me mundare Respondit Iesus
uolo et statim sanus factus est

Ambr. SED IUDICIUM OMNE DEDIT FILIO
(cfr. Ioh 5, 22) dedit utique generando
non largiendo

NISI PATER TRAXERIT EUM (cfr. Ioh 6, 44)
Ramum uiridem ostendis oui et trahis
illam Noces puero demonstrantur et tra-
hitur amando trahitur sine laesione cor-
poris sui uinculo (uincula *cod.*) cordis

trahit pater ad filium eos qui propterea
credunt in filium quia eum cogitant pa-
trem habere deum deus enim pater equa-
lem sibi genuit filium

SI ERGO VIDERITIS FILIUM HOMINIS ASCEN-
DENTEM reliqua (cfr. Ioh 6, 62) hinc so-
luit quod illos mouerat Illi enim puta-
bant eum erogaturum (erogitant *cod.*)
corpus suum ille dixit se ascensurum in
caelum utique integrum cum uideritis
filium hominis ascendentem Certe uel
tunc uidebitis quia non eo modo quo pu-
tatis erogat corpus nec gratia eius consu-
mitur morsibus

MEA DOCTRINA NON EST MEA reliqua (cfr.
Ioh 7, 16) **Augustinus:** Si non sua (tua
cod.) quomodo tua si tua quomodo non
tua quae est ergo (f. 159v) doctrina patris
nisi uerbum patris Ipse ergo Christus doctrina
patris si uerbum patris sed quia
uerbum non potest esse nullius sed ali-
cuius suam doctrinam dixit seipsum et
non suam quia Patris est uerbum

Ibidem II 12, 4-5

Omne enim iudicium dedit filio. Dedit
utique generando, non largiendo.

Aug. in evang. Iob. XXVI 5, 25-8

Ramum uiridem ostendis oui, et trahis
illam. Noces puero demonstrantur, et
trahitur; et quo currit trahitur, amando
trahitur, sine laesione corporis trahitur,
cordis uinculo trahitur.

Ibidem XXVI 5, 6-8

Trahit Pater ad Filium eos qui propterea
credunt in Filium, quia eum cogitant Pa-
trem habere Deum; Deus enim Pater ae-
qualem sibi genuit Filium

Ibidem XXVII 3, 8-15

Quid est hoc? Hinc soluit quod illos
mouerat? (...). Illi enim putabant eum
erogaturum corpus suum; ille autem
dixit se adscensurum in caelum, utique
integrum. *Cum uideritis filium hominis ad-
scendentem ubi erat prius*, certe uel tunc ui-
debitis quia non eo modo quo putatis,
erogat corpus suum; certe uel tunc intel-
legetis quia gratia eius non consumitur
morsibus.

Ibidem XXIX 3, 5-7; 17-22

Mea doctrina non est mea. Si non sua, quo-
modo tua? Si tua, quomodo non tua? (...) *Quae*
est ergo doctrina Patris, nisi Ver-
bum Patris? Ipse ergo Christus doctrina
Patris, si Verbum Patris. Sed quia Ver-
bum non potest esse nullius, sed alicuius,
et suam doctrinam dixit, seipsum, et non
suam, quia Patris est Verbum.

Ambrosius: alia ex deo doctrina alia ex homine Itaque Iudaei cum doctrinam eius secundum hominem quaerent ut di[s]cerent quomodo hic litteras nouerat cum non didicerat Respondit Iesus et dixit mea doctrina non est mea Nam cum sine litterarum eruditione doceat non quasi homo sed ut [poterat] deus uidet<ur> docere qui doctrinam non didicerit sed inuenerit adinuenit enim omnem uiam disciplinae quomodo ergo secundum diuinitatem doctrinam suam non haberet (*sc. ex* habet) qui adinuenit omnem uiam disciplinae antequam uideretur in terris

Ambr. VADO AD EUM QUI MISIT ME (cfr. Ioh 7, 33) quo modo uadit nisi per mortem et uenit nisi per resurrectionem Nec enim deus de loco ad locum transiit qui ubique praesens est in eo ergo uadit et uenit quod commune nobiscum

Ambr. DIGITO SCRIBEBAT (cfr. Ioh 8, 6) et ante Hieremias dicit scripta est Iuda culpa tua grafeo ferreo et ungue (u gine *cod.*) adamantino et scripta est in pectore tuo et in corde tuo ibi culpa est ubi gratia sed culpa scribitur grapheo gratia spiritu designatur hoc mystice etiam dominus digito Iesus inclinato capite scribebat in terra cum a Iudaeis esset oblata adultera[ta] significans per figuram quando de peccatis alterius iudicamus nostri nos meminisse peccati

VOS EX PATRE DIABOLO ESTIS (cfr. Ioh 8, 44) Filii ergo diaboli erant non nascendo sed imitan(f. 16or)do scripturae consuetudinem ut ad eos dei propheta dicit pa-

Ambr. *fid.* II 9, 52 sgg.

Alia ergo ex deo doctrina, alia ex homine. Itaque Iudaei cum doctrinam eius secundum hominem quaerent, ut dicerent: *Quomodo hic litteras nouit, cum non didicerit? Respondit Iesus et dixit: Mea doctrina non est mea.* Nam cum sine eruditione litterarum doceat, non quasi homo, sedpote ut deus uideatur docere, qui doctrinam non didicerit, sed inuenerit. *Adinuenit enim omnem uiam disciplinae*, ut supra lectum est. (...) Quomodo ergo secundum diuinitatem doctrinam suam non habet, qui adinuenit omnem uiam disciplinae, antequam uideretur *in terris?*

Ibidem II 8, 5-13

Quomodo 'uadit' nisi per mortem, et 'uenit' nisi per resurrectionem? (...) Neque enim deus de loco ad locum transit, qui ubique semper est. (...) In eo ergo uadit et uenit, quod est commune nobiscum.

Ambr. *spir.* III 3, 47-56

(...) sicut Hieremias dixit: *Scripta est, Iuda, culpa tua grafeo ferreo et ungue adamantino, et scripta est in pectore, inquit, et in corde tuo.* (...) Ibi igitur culpa est, ubi gratia, sed culpa grafeo scribitur, gratia spiritu designatur. Hoc *digito* mystice etiam dominus *Iesus* inclinato capite scribebat in terra, cum a Iudaeis adultera esset oblata, significans per figuram, quando de peccatis alterius iudicamus, nostri nos debere meminisse peccati.

Aug. *in evang. Ioh.* XLII 10, 8-29

Vos a patre diaboli estis (...) Vnde ergo Iudaei filii diaboli? Imitando, non nascendo. Audite scripturae sanctae consuetudinem. Propheta dicit ad ipsos Iudaeos:

ter tuus amorreus et mater tua cethea
gentes utique alienae a iudeis

Pater tuus Amorrhaeus, et mater tua Cethaea. Amorrhaei gens erat quaedam, unde originem Iudaei non ducebant; Cethaei et ipsi gentem suam habebant, omnino alienam a genere Iudaeorum.

Cassian. *conl.* XVIII 16, 529, 2-8

Cassian. ILLE HOMICIDA ERAT AB INITIO (cfr. Ioh 8, 44) Recte igitur a propheta mortiferis basili<s>ci uenenis mursus inuidiae conparetur qua primus ille omnium uenenorum auctor et princeps et periit et perimit Nam ante suus (sui *cod.*) quam Iesus cui inuiderat interemptor fuit priusquam in hominem mortis uirus effunderet sese perdidit Inuidia enim diaboli mors intrauit reliqua

recte igitur a propheta mortiferis basilis-
ci uenenis morsus inuidiae conparantur,
qua primus ille omnium uenenorum auc-
tor et princeps et periit et peremit. nam
ante suus quam eius cui inuiderat inter-
emptor priusquam in hominem mortis
uirus effunderet, ipse se perdidit: inuidia
enim diaboli mors introiuit (...)

Aug. *in evang. Iob.* XLIII 2, 2-22

QUIA SAMARITANUS ES TU ET DAEMONIUM
HABES (cfr. Ioh 8, 48) Duo erant obiecta
quorum unum negauit alterum non ne-
gauit Samaritanus custos interpretatur
Nouerat se ille nostrum esse custodem
quippe custodit qui Israel est enim cus-
tos noster qui creator noster est Ipse est
Samaritanus ille et ipse est custos noster
reliqua

*Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es,
et daemonium habes,* horum duorum sibi
obiectorum unum negauit, alterum non
negauit. (...) Samaritanus enim interpre-
tatur custos. Nouerat se ille nostrum esse
custodem. *Non enim dormit neque dormitat
qui custodit Israel* (...) Est ergo ille custos
noster, qui creator noster. (...) transiit qui-
dam samaritanus, ipse est custos noster;

Ibidem XLIII 16, 1-2; 16-9; 27-46

ABRAHAM UIDIT DIEM MEUM ET GAUISUS
EST UALDE (cfr. Ioh 8, 56) Nam pater
Abraham utrumque uidit et diem domi-
ni temporalem et diem domini qui nescit
ortum neque occasum Nam quando mi-
sit seruum suum ut pararet uxorem filio
suo Isaac magna autem res agebatur
quando Abrahae semine (*sc.* semini) co-
niugium (corrigium *cod.*) querebatur ait
seruo suo pone manum sub femore meo
et iura mihi per deum caeli quid uult
deus caeli ad femora Abrahae Nisi quia
significat de genere Abrahae uenturum
deum caeli in carne Semen ergo signifi-

*Abraham pater uester exsultauit ut uideret
diem meum; et uidit, et gauisus est.* (...) To-
tum hoc uidit Abraham. Nam quod ait:
diem meum, incertum potest esse unde
dixerit, utrum diem Domini tempora-
lem quo erat uenturus in carne, an diem
Domini qui nescit ortum, nescit occa-
sum (...) Pater Abraham quando misit
seruum suum, ut peteret uxorem filio
suo Isaac (...) Magna enim res agebatur,
quando Abrahae semini coniugium
quaerebatur. (...) ait seruo suo quem
mittebat: *Pone manum sub femore meo, et iu-
ra per Deum caeli.* Quid uult Deus caeli ad

cavit dicendo Mitte manum sub femore meo dominum suum adiciendo et iura mihi per deum caeli

Augustinus sciens (f. 160v) Abraham Christum ad libertatem humani generis repromissum semper necesse erat ortum eius inferis positus expectare quem at ubi natum Abraham in spiritu uidit gavisus est certus quod in brevi de inferno <***> induceretur in caelos.

FACTA AUTEM ENCENIA (cfr. Ioh 10, 22) Encaenia Hierosolimis festiuitas erat dedicationis templi grece autem cenn dicitur nouum quandocumque aliquid deditur encenia uocatur

NARDI (cfr. Ioh 12, 3) pistici reliqua **Augustinus**: quid ait pistici locum aliquem credere debemus unde hoc erat unguentum pretiosum nec tamen hoc uacat et sacramento consonat Nam pistis grece fides dicitur

EGO AUTEM EX ME NON SUM LOCUTUS (cfr. Ioh 12, 49) et infra SICUT DIXIT MIHI PATER ITA LOQUOR (*Ibidem* 12, 50) et de spiritu dicitur NON ENIM LOQUITUR SED QUAECUMQUE AUDIET LOQUITUR (*Ibidem* 16, 13) **Ambrosius**: Ita dictum ut aduerteremus quia qui <d>quid loquitur

femur Abrahae? Iam intelligitis sacramentum: per femur, genus. Ergo quae fuit illa iuratio, nisi quia significabatur de genere Abrahae uenturum in carne Deum caeli? Stulti reprehendunt Abraham, quia dixit: *Mitte manum sub femore meo*. (...) Semen suum significauit dicendo: *Mitte manum sub femore meo*; Dominum suum significauit addendo: *et iura per Deum caeli*.

Ps. Aug. *quaest. test.* LXXXI col. 2278

Sciens enim Abraham Christum ad liberationem humani generis repromissum, semper enim necesse erat ortum ejus in inferis positos expectare; quem ubi in spiritu natum esse uidit, gavisus est, certus quod in brevi de inferno ereptus induceretur in coelos.

Aug. *in evang. Ioh.* XLVIII 2, 1-4

Euangelium intendite: *Facta sunt autem Encaenia in Ierosolymis*. Encaenia festiuitas erat dedicationis templi. Graece enim καινόν dicitur nouum. Quandocumque nouum aliquid fuerit dedicatum, Encaenia uocantur.

Ibidem L 6, 7-10

(...) erat autem unguentum nardi pistici pretiosi. Quod ait: *pistici*, locum aliquem credere debemus, unde hoc erat unguentum pretiosum; nec tamen hoc uacat, et sacramento optime consonat. Πίστις graece, fides dicitur.

Ambr. *fid.* V 11, 4-20

Ex me ipso non sum locutus, et infra: *Sicut dixit mihi pater, ita loquor?* (...) Quam etiam in spiritu sancto esse memorauit alio loco dicens: *Non enim loquitur a se, sed quae audit loquitur*, ut aduerteremus quia quidquid spiritus loquitur, loquitur et filius, et quidquid loquitur filius, loqui-

spiritus loquitur et filius quicquid loquitur filius et pater quia una substantia et una operatio trinitatis est Sicut enim pater uidetur in filio non specie corporali sed unitate diuinitatis ita etiam pater loquitur in filio non temporali uoce nec corporali sono sed operis unitate

NUNC CLARIFICATUS EST FILIUS HOMINIS reliqua (cfr. Ioh 13, 31) Tamquam diceret ecce in illa clarificatione quid erit ubi malorum nullus erit ubi bonorum nullus perit quando separatus iniquis manebo in eternitate cum sanctis et deus clarificatus est in eo ipsa enim est clarificatio filii hominis ut deus clarificetur in eo si enim non ipse in seipso sed deus in illo clarificatur tunc illum (f. 161r) deus in se clarificat denique tamquam (taque *cod.*) ista exponens adiunxit et dicit si enim deus clarificetur in eo et deus clarificabit eum in semetipso hoc est si deus clarificatus est in eo quia non uenit facere uoluntatem suam sed uoluntatem eius qui misit illum et deus clarificauit (*sc.* clarificabit) in semetipso ut natura humana in qua est filius hominis immortaliter aeternitate donetur et continuo clarificauit (*sc.* clarificabit) eum Resurrectionem scilicet suam non sicut nostram in fine saeculi continuo futura praedicans

ANIMAM MEAM PRO TE PONAM (cfr. Ioh 13, 37) Ambrosius dicit: Petrus dicit animam meam pro te ponam Christus dicit Anima mea turbatur utrumque uerum est et plenum utrumque rationis quod et ille, qui est inferior non timet et ille qui superior est gerit timentis effectum Ille enim quasi homo uim mortis

tur et pater, quia una sententia et operatio trinitatis est. Sicut enim pater 'uidetur' in filio, non utique specie corporali, sed unitate diuinitatis, ita etiam pater 'loquitur' in filio, non temporali uoce nec corporali sono, sed operis unitate.

Aug. in evang. Ioh. LXIII 2, 31 segg.

Nunc, inquit, *clarificatus est Filius hominis*, tamquam diceret: Ecce in illa mea clarificatione quod erit, ubi malorum nullus erit, ubi bonorum nullus perit. (...) quando separatis iniquis manebit in aeternitate cum sanctis. Cum autem dixisset: *Nunc clarificatus est Filius hominis*, adiunxit: *Et Deus clarificatus est in eo*. Ipsa est enim clarificatio filii hominis, ut Deus clarificetur in eo. Si enim non ipse in seipso, sed Deus in illo clarificatur, tunc illum Deus in se clarificat. in se clarificat. Denique tamquam ista exponens, adiungit, et dicit: *Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso*. Hoc est: *Si Deus clarificatus est in eo*, quia non uenit facere uoluntatem suam, sed uoluntatem eius qui misit illum; *et Deus clarificabit eum in semetipso*, ut natura humana in qua est Filius hominis, quae a Verbo aeterno suscepta est, etiam immortaliter aeternitate donetur. *Et continuo*, inquit, *clarificabit eum*. Resurrectionem scilicet suam, non sicut nostram in fine saeculi, sed continuo futuram hac adtestatione praedicans.

Ambr. *fid.* II 5, 29-36

Petrus dicit: *Animam meam pro te ponam*, Christus dicit: *Anima mea turbatur*. Utrumque uerum est et plenum utrumque rationis, quod et ille, qui est inferior, non timet, et ille, qui superior est, gerit timentis adfectum. Ille enim quasi homo vim mortis ignorat, iste quasi deus in corpore constitutus fragilita-

ignorat iste quasi deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit ut eorum qui sacramentum incarnationis abiurant exclude<re>tur impietas

tem carnis exponit, ut eorum, qui sacramentum incarnationis abiurant, excluderetur impietas.

MULTAE MANSIONES SUNT reliqua (cfr. Ioh 14, 2) **Hieronymus:** locum et mansiones quas praeparare se dicit Christus apostolis in domo utique sunt patris id est in regno caelorum non in terra in qua ad praesens apostolos reliquerat simulque scripturae sensus attendendus si non mansiones multae essent apud (*sc. apud*) patrem nostrum hoc est si non unusquisque mansionem sibi ex largitate dei sed ex propriis operibus praepararet et ideo non est meum praeparare[re] (*sc. ex parare?*) sed uestrum quia et Iuda nihil profuit paratus locus quem suo uitio perdidit praeparat[a]e inquit sunt in caelo diuersae mansiones pluri(f. 161v)mis diuersisque uirtutibus quas non personae accipiunt frustra ergo petitis me (*sc. ex a me?*) quod in uobis situm est quod pater meus illis parauit qui dignis uirtutibus adstant ascensuri (ascensa *cod.*) sunt dignitatem

ET SI HABIERO (*sc. abiero*) ET PRAEPARAUERO VOBIS LOCUM (cfr. Ioh 14, 3) Quomodo uadit et parat locum si iam multae mansiones sunt an istae et sunt et parandae sunt Non aliae autem sed ipsae iam sunt parandae sunt propheta praedicat deum qui fecit quae futura (factura *cod.*) sunt Non autem ait factururus est sed fecit ea praedestinando factururus operando reliqua

Hier. *adv. Iovin.* II 28, 338D-339B

Locus et mansiones quas praeparare se dicit Christus apostolis, in domo utique sunt Patris, id est, in regno coelorum, non in terra, in qua ad praesens apostolos relinquebat. Simulque sensus scripturae intuendus (...) si non mansiones multae essent apud patrem, hoc est, si non unusquisque mansionem sibi non ex largitate Dei, sed ex propriis operibus praepararet: et ideo non est meum parare, sed uestrum, quia et Iudae nihil profuit paratus locus, quem suo uitio perdidit. (...) Non est filii dare: et quomodo patris est praeparare? Paratae, inquit, sunt in coelo diuersae et plurimae mansiones, plurimis diuersis que uirtutibus, quas non personae accipiunt, sed opera. Frustra ergo a me petitis quod in uobis situm est, quod pater meus illis parauit, qui dignis uirtutibus ad tantam ascensuri sunt dignitatem.

Aug. *in evang. Ioh.* LXVIII 1, 10-26

Quomodo uadit, et parat locum, si iam multae mansiones sunt? (...) An istae mansiones et sunt, et parandae sunt? (...) Quomodo ergo mansiones in domo Patris non aliae, sed ipsae, et sine dubio iam sunt sicut parandae non sunt, et nondum sunt sicut parandae sunt? Quomodo putamus, nisi quomodo etiam propheta praedicat Deum, quia fecit quae futura sunt? Non enim ait: qui factururus est quae futura sunt, sed: *Qui fecit quae futura sunt.* Ergo et fecit ea, et factururus est ea. Nam neque facta sunt, si ipse non fecit; neque futura sunt, si ipse non fecerit. Fecit ergo ea praedestinando, factururus est operando.

ET MAIORA HORUM FACIET (cfr. Ioh 14, 12) **Augustinus**: maius fuit umbrae sue transitu quod discipuli fecerunt quam fimbriae suae tactu quod ipse dominus fecit sanare languentes

Sed tamen quando ista dicebat uerborum suorum opera (ossa *cod.*) commendabat eorum autem fructus est fides apostolorum

est id tunc autem uerba fidei faciebat et utique minus est uerba fidei praedicare quod fecit propter nos quam impios iustificare quod ita fecit in nobis ut faciamus et nos

QUODCUMQUE PETIERITIS IN NOMINE MEO HOC FACIAM (cfr. Ioh 14, 13) **Augustinus**: quid est cum plerumque uideamus (cum iudeam *cod.*) fideles petere et non accipere An forte mala (*sc. ex male?*) petunt ut apostolus Iacobus ait petitis et non accepistis eo quod male petatis

Multi orantes non exaudiuntur quia prouidit illis deus meliora quam petant

MODICUM ET IAM NON VIDEBITIS ME reliqua (cfr. Ioh 16, 16) quod autem illis tunc obscurum fuit iam nobis utique manifestum est post paululum enim passus est et non uiderunt eum et rursus post paululum resurrexit et uiderunt eum illud autem quod ait iam non uidebitis me ut prius exposuimus ita acci-

Ibidem LXXII 1, 5-10

Et maiora horum faciet (...) maius fuit umbrae suae transitu, quod discipuli fecerunt, quam fimbriae suae tactu, quod ipse Dominus fecit, sanare languentes (...),

Ibidem LXXI 3, 15-22

Verumtamen quando ista dicebat, uerborum suorum opera commendabat; (...) et eorundem uerborum fructus erat fides illorum;

Ibidem LXXII 3, 22-8

(...) tunc autem uerba fidei faciebat, (...) Et utique minus est uerba iustitiae praedicare, quod fecit praeter nos, quam impios iustificare, quod ita facit in nobis, ut faciamus et nos.

Ibidem LXXIII 1, 2-8

(...) *et quodcumque petieritis in nomine meo*, hoc faciam. (...) Sed quid est: quodcumque petieritis, cum uideamus plerumque fideles eius petere, et non accipere? An forte propterea quia male petunt? Nam hoc exprobrauit apostolus Iacobus dicens: *Petitis, et non accipitis, eo quod male petatis* (...)

Isid. *sent.* III 7, 26, 132 sgg.

Multi orantes non exaudiuntur, prouidendo illis Deus meliora quam petunt.

Aug. *in evang. Ioh.* CI 1, 11 sgg.

(...) *Modicum et iam non uidebitis me* (...) quod illis tunc obscurum fuit, et mox manifestatum est, iam nobis utique manifestum est; post paululum enim passus est, et non uiderunt eum; rursus, post paululum resurrexit, et uiderunt eum. illud autem quod ait: *Iam non uidebitis me*, quia isto uerbo, id est, iam, hoc intellegi

piendum est quia sci(f. 162r)licet mortalem Christum ulterius non uiderent

uoluit quod eum ulterius non uiderent, ibi exposuimus quomodo accipiendum sit, ubi dixit: *De iustitia arguet mundum* Spiritus sanctus, *quia ad Patrem uado, et iam non uidebitis me*, quia scilicet mortalem Christum ulterius non uiderent.

EGO PRO EIS ROGO NON PRO MUNDO (cfr. Ioh 17, 9) pro Christianis ergo duplici genere postolatur (*sc.* postulat) quia et pro peccatis illorum hortatur et ut tuti a diaboli infestatione (in festinatione *cod.*) praestentur pro his autem qui non credunt deprae[di]catio est ut cum pro peccatis et perfidia flecti mere<re>ntur bonitas et patientia dei expectat illos nec enim postulat (*sc.* ex postulet?) ut ignoscantur illis peccata difidentibus sed ut dilationem accipiant longam

Ps. Aug. *quaest. test.* XXXVI 2407

Pro Christianis ergo duplici genere postulatur; quia et pro peccatis illorum oratur, et ut tuti a diaboli infestatione praestentur. Pro his autem qui non credunt, haec sola deprecatio est, ut cum pro peccatis suis et perfidia plecti mereantur, bonitas et patientia expectet illos, si forte velint corrigi. Non enim postulatur ut ignoscantur illis peccata diffidentibus, sed ut dilationem accipiant longam (...)

Lanternia inde uocata quod lucem interius (internas *cod.*) habeat clausa<m> fit enim ex uitro <recluso> int[er]ius lumine ut uenti flatus adire non possit et ad praebendum (praehendum *cod.*) lumen facile ubique circumfertur

Isid. *orig.* XX 10, 7

Lanternia inde uocatur quod lucem interius habeat clausam. Fit enim ex uitro, recluso intus lumine ut uenti flatus adire non possit, et ad praebendum lumen facile ubique circumferatur.

Ebbene, come si può concretamente verificare da quest'ampio estratto, il dettato del commentario è a tutti gli effetti costituito da citazioni più o meno estese ricavate da un numero abbastanza definito di *auctoritates*. Ad ogni modo, è difficile stabilire, allo stato attuale delle ricerche, se l'anonimo esegeta, nel redigere la raccolta, avesse direttamente attinto a questi testi, oppure se si fosse servito di un dossier, formato da sezioni antologiche di diversa entità e ricavate proprio da tali opere.

Concluso dunque il sondaggio sulle fonti impiegate, e preso atto, al tempo stesso, che non sembrano esserci indizi interni per proporre una plausibile datazione, è opportuno soffermarsi, per quanto possibile, sul problema dell'origine dei *Dicta*.

A mia conoscenza, l'ipotesi di un legame con la tradizione ibernica è stata esplicitamente affermata, per la prima volta, da Kelly²², che ha inserito la breve opera all'interno del suo repertorio, dedicato agli «early medieval Hiberno-Latin commentaries on the Bible»; tuttavia, egli non ha fornito alcun elemento significativo per legittimare questa scelta, limitandosi a rimandare a un passo del *Wendepunkte*, in cui, a suo dire, Bischoff avrebbe ricondotto i *Dicta* all'ambito della produzione esegetica irlandese²³. Questo riferimento, debitamente registrato da Kelly²⁴, rivela però non poche ambiguità: lo studioso tedesco infatti, nel proporre una dettagliata rassegna dei vari «irische Symptomen», si sofferma a un certo punto sull'espressione *Augustinus de urbe*, sovente adoperata dagli esegeti per citare il *De civitate Dei* del vescovo nordafricano, e sottolinea come tale dicitura ricorra anche «in dem jüngerem irischen Iohannes-Kommentar des Clm 14311»²⁵. Tuttavia, come ha giustamente rilevato Gorman²⁶, questa formula non si trova attestata nei *Dicta*, bensì nel commentario a Giovanni copiato subito dopo, gli inediti *Pauca ex commentario beati Augustini et de omelia Gregorii excerpta*²⁷, per cui non andrebbe escluso, sempre secondo Gorman, che Bischoff avesse considerato i due testi, di fatto distinti, come «one work of Irish origin»²⁸. Ora, fermo restando che il dettato dello studioso tedesco, in questo punto, non è dei più esaustivi, sembra difficile ritenere che egli stesse pensando a un grande commento unitario, perché le due opere rivelano, anche

22. Kelly, *Catalogue II*, p. 422, n. 99.

23. A questo proposito, Kelly scrive: «Bischoff mentioned this text as Irish in his article, but did not include it in his catalogue» (*Ibidem*, p. 422, n. 929).

24. La citazione è inserita in una sezione bibliografica, posta a corredo della breve scheda sull'opera.

25. Bischoff, *Wendepunkte* 1954, p. 204, e Bischoff, *Wendepunkte* 1966, p. 217. Kelly, da parte sua, non rinvia propriamente al corpo del testo, bensì alla nota 47 posta nella stessa pagina. Tuttavia, questa nota non serve a nulla per chiarire un eventuale legame con la tradizione irlandese, perché in essa Bischoff non fornisce informazioni aggiuntive sulla raccolta, ma si limita a istituire un rimando a un'altra nota, la n. 86 di p. 226, dove si riporta un cursorio riferimento a un'altra opera tramandata dal codice di Monaco, il *Commentarius in Matthaeum Evangelium*, considerato anch'esso di origine irlandese; su quest'ultima raccolta, si veda il saggio CLH 80 in questo volume.

26. Gorman, *The Oldest Epitome* cit., p. 84, nota 80.

27. Esso si trova al primo rigo del f. 163v, dove appunto si legge «ut Augustinus in libro de urbe dicit (...)». Si possono peraltro individuare, a un primo sguardo, significativi indizi per accreditare il presunto rapporto della silloge con la tradizione irlandese: oltre all'uso, nel titolo, del vocabolo *pauca*, si segnalano l'impiego di *more* per istituire confronti con la realtà animata: cfr. f. 163v «in principio erat uerbum more aquilae ascendit aciem oculorum suorum conprobans et pullos suos in lumine solis», e la scelta di paragonare, sul piano concettuale, le due sorelle di Betania alla *uita actualis* e *theorica*: cfr. f. 187v «Maria et Martha figurant primitiuam ecclesiam de theorica uita et actuali congregatam uel per eas fides et spes (...)».

28. *Ibidem*, p. 84, nota 80.

a un primo sommario esame, differenze di notevole consistenza, tanto nella struttura quanto nell'uso delle fonti. A tal riguardo si può istituire un rapido confronto fra le diverse modalità di impiego, nei due testi, di un'*aucltoritas* comune, l'*In Iohannis evangelium tractatus* di Agostino²⁹: nei *Dicta* essa viene ripresa – come abbiamo più volte rilevato – in forma letterale, mentre nei *Pauca*, per dirla con David Frank Wright, «the use made of Augustine's Tractatus is very fragmentary and generally paraphrased»³⁰, per cui è preferibile accantonare l'ipotesi di un unico grande testo³¹, e sembra più ragionevole dedurre che Bischoff si stesse riferendo, nel *Wendepunkte*, soltanto ai *Pauca*, senza implicitamente alludere anche ai *Dicta*.

Comunque, al di là di ogni possibile riferimento alla breve opera all'interno del saggio, il suo contenuto sembra offrire, a un primo esame, qualche indizio di un certo rilievo per accreditare l'ipotesi di un eventuale legame con l'esegesi ibernica. È opportuno ricordare, a questo proposito, che nella sezione introduttiva è riportato, al f. 150r, un puntuale elenco delle apparizioni di Cristo dopo la risurrezione, che sembra riflettere il gusto, tipicamente irlandese, per le enumerazioni³², mentre in una delle più ampie spiegazioni della silloge, riportata al f. 156rv e relativa alla pericope «XL et VI edificatum est hoc templum et in tribus reliqua» (cfr. Ioh 2, 20), parrebbe sotteso l'interesse, peculiare anch'esso della tradizione insulare, per l'interpretazione allegorica dei numeri³³.

29. Si tenga comunque conto che l'utilizzo, in entrambe le opere, del *Tractatus* non si rivela affatto decisivo per attribuirne la paternità al medesimo autore, perché numerose altre compilazioni di presunta origine irlandese, dedicate anch'esse al quarto vangelo, impiegano, tra le fonti a vario modo utilizzate, proprio quest'opera: si considerino, a tal proposito, il *Commentarius in Iohannem* (si veda, al riguardo, il saggio CLH 86 in questo volume) e l'*Expositio Iohannis iuxta Hieronimum* (si veda, sempre in questo volume, il saggio CLH 88).

30. D. F. Wright, *The Manuscripts of the «Tractatus in Iohannem»: A Supplementary List*, «Recherches Augustiniennes» 16 (1981), pp. 59-100, a p. 71; si possono segnalare, a questo proposito, due lapidarie citazioni dall'opera agostiniana: al f. 182v, «Augustinus dicit: honorifico patrem meum id est non honorifico me ipsum ne a uobis arrogans uidear» è ripresa, con tutta probabilità, da *in evang. Ioh.* XLIII 3, 1-4 «Sed honorifico, inquit, Patrem meum, et uos inbonorastis me. Hoc est: Ego me non honorifico, ne uobis arrogans uidear, habeo quem honorificem», e poi, al f. 186v, «enacenia festiuitas erat dedicationis (sc. dedicationis) templi» è ricavata, a quanto pare, da *in evang. Ioh.* XLVIII 2, 2-3 «Encenia festiuitas erat dedicationis templi».

31. I due *commentarii* non risultano, per di più, nemmeno legati da una diretta complementarità l'uno con l'altro, dato che i *Pauca* non iniziano affatto spiegando il dettato evangelico dal punto in cui si è interrotta l'esegesi proposta nei *Dicta*, ma ripartono direttamente dall'inizio del testo giovanneo.

32. Bischoff, *Wendepunkte* 1966, p. 218.

33. A tal riguardo, lo studioso tedesco scrive: «Ebenso ist es ein patristisches Erbe, dass sich um Zahlen mit Vorliebe allegorische Auslegung rankt, wofür die irischen Kommentare fast auf jeder Seite Belege bieten» (*Ibidem*, p. 219). Si potrebbe poi aggiungere, fra i presunti «irische Sympto-

Inoltre, trattandosi di una raccolta costituita da brani provenienti da *auctoritates* patristiche, è quantomai difficile individuare dei possibili legami di parentela con altre compilazioni irlandesi. Tuttavia, varrebbe forse la pena soffermarsi, più diffusamente, sui possibili rapporti intrattenuti coi *Pauca*, col preciso obiettivo di verificare, attraverso un puntuale esame comparativo fra i due commentari, l'eventuale ipotesi che i *Dicta* avessero in origine costituito un dossier esegetico preparatorio, presumibilmente impiegato durante la stesura del *Pauca*. Infine, a prescindere dai risultati di questo confronto, si dovrà forse allargare il campo d'indagine, e prendere in considerazione, nel dettaglio, le concrete riprese dei brani riportati nei *Dicta* anche in altre opere di presunta origine ibernica; queste ricerche potrebbero forse rivelare qualche elemento aggiuntivo per meglio definire il plausibile rapporto di questo breve commento con la tradizione esegetica dell'isola verde.

MICHELE DE LAZZER

men» contenuti nel testo, anche la spiegazione, al f. 156r, relativa alla pericope «tu uocaberis caephas quod interpretatur Petrus» (cfr. Ioh 1, 42), che parrebbe riflettere il gusto erudito, tipicamente irlandese, per la resa di uno specifico vocabolo nelle *tres linguae sacrae* (vale a dire il greco, il latino e l'ebraico).